



Universitätsbibliothek Paderborn

**Croesvs Et Codrvs. hoc est, Copiæ Et Inopiæ Damna vel
Lvcra, à bono iustoq[ue] Mundi Gubernatore Deo
Distribvta**

Stengel, Georg

Ingolstadij, 1648

§. 9. Bella & lites è diuitijs.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52359](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-52359)

116 Cap. V. Quæ vitia è diuitijs
abstraxit? Et adhuc copiam præ inopia am-
mus? adhuc putamus, malè nobiscum agi,
si nobis aufertur, quod nocet; & datul-
quod prodest? O cæcas hominum mentes! Vi-
Ecli. 10. nam illud sæpe repeterent: Nihil est iniquiu-
10. quam amare pecuniam. Hic enim anima-
suam venalem habet.

§. IX.

Bella & lites è diuitijs.

Malè oculis affecti, qui muscam non vi-
dent, saltem vident elephantem. Nos quo-
que ijs, qui dicta non estimant, tamquam
minora, maiora afferamus, vt oculi caco-
rum aperiantur. Siquidem & maiorum
malorum caussa sunt opes. Notum est illud

Sallust. in Catilin. Sallustij: Diuitiae, & imperia, bella atque cer-
tamina inter mortales excitant. Si bella, qua-

publica sunt, quantò magis discordias pri-
uatas? Verè Poëta: Certamen mouissis opta.
Duæ erant familiæ inter se multis titulis
connexæ & amicæ, eorumque capita vin-

Gen. 13.7. sancti; & tamen facta est rixa inter pastora-
gregum Abram & Lot. Qua, obsecro, de
caussa? Erat substantia eorum multa, & ne-
quibant habitare communiter. Videns igitu-
mille configendi caussas esse inter diuites,
ait Abram ad consobrinum suum charissi-
mum:

mum: Ne, queso, sit iurgium inter me & te,
 & inter pastores meos, & pastores tuos: fratres
 enim sumus. Ecce vniuersaterra coram te est;
 recede a me, obsecro. Si igitur inter Sanctos
 hos diuitiae & pax non potuerunt simul ha-
 bitare, quas tricas non dabunt inter pecca-
 tores, qui domi, qui foris, in foro & curia,
 vnius oboli causa, peierant, blasphemant,
 & funestas tragœdias meditantur? Noue-
 rat hanc opum naturam sapientissimus Io-
 seph, qui redeuntibus ad patrem fratribus
 suis dixit: Ne irascamini in via. Cur hoc di- **Gen. 45.**
 xit ijs, in quibus tantam vedit animorum **24.**
 coniunctionem, tantumque amorem, vt
 omnes pariter, pro minimo fratre Beniamin
 liberando sese obtulerint in seruitutem di-
 centes: *Omnis servi erimus domini mei?* Quid **Gen. 44.**
 ergo suspicatus est? eosdem in via exarsuros **16.**
 in iram. Dederat fratribus suis non solùm
 frumentum, sed insuper etiam *eis dedit plan-*
stra, & cibaria in itinere, & singulis proferri **Gen. 45.**
iusit binas stolas, & Beniamin dedit trecentos **21.**
argenteos, cum quinque stolis optimis; tan-
tundem pecunia & vestium mittens patri suo.
 Cùm ergo sciret pecuniam esse matrem
 discordiarum, litiumque semen, quia *dedit*
eis ex omnibus dinitys Aegypti, prudenter eos

monuit, ne inde ansam arriperent vel inuidæ, quod minimo plus dedisset, vel ira, quod huic talem, alij aliam stolam dedisset, Qualis discordia existere potest, vel inter ipsos quoque Religiosos paupertatis non amantes, si vident alium habere meliorem pileum, recentiorem togam, nitidius pallium, pulchrius breuiarium; sæpe etiam ob elegantiorē icunculam: aut si, ob calceos magis attritos sibi datos, sunt in fermento. **Certamen monistis, opes.** Deniq; quod quisque plus habet rerum, eò plures habet sollicitatores, & insidiatores.

§. X.

Diuitias appeti ob vindictam, ob quam ipsam effent fugienda.

Vt autem dissidia ex opibus germinant, ita & vindictæ appetitus. Qui enim videri sibi deesse vires ad vindictam, fert, quod ferre cogitur. At qui nouit, sibi neruum esse, cristas erigit, & surgit in iras. Immò ad hoc optantur, & quæruntur opes, vt ijs noceri possit, qui inuisi sunt. Hoc ipso damnanda, quia sic quærendæ. Scitè D. Chrysostomus: *Sed vindictam, inquis, inimicorum sumere aliter non possum. Hac verò est maxima causa, propter quam execranda sunt diuitiae,*

S. Chrys.
er. quod
nemo læ-
ditur, ni-
si à seipso.